



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 1. Quænam ad illud requiruntur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

Contra illam peccatur per excessum 1. Ratione objecti, si immodestum, petulans, contumeliosum, injuriosum, obscœnum, periculosum, vel prohibitum jocandi, aut ludendi genus usurpetur. 2. Ratione circumstantiarum, si genus ludendi, vel jocandi alioqui licitum exerceatur in loco vel tempore indebito, modo indecoro, nimis diu, vel contra dignitatem personæ illud usurpantis, vel ejus, coram quâ usurpatur. 3. Ratione immodici affectûs.

Per defectum verò peccatur, cum quis ex animi austeritate, seu morositate omnem honestam animi recreationem sibi necessariam repudiat, vel in aliis impedire conatur.

6. Circumspectio est virtus, quæ sermones moderatur secundum rectam rationem, & Legem divinam, ita ut non loquamur nisi quando, ubi, quæ, quibus, & quomodo oportet. Est valde necessaria, quia ex ejus defectu innumera admittuntur peccata, nam *lingua ignis est, universitas iniquitatis.* Jac. 3.

## APPENDIX.

### *De Jejunio Ecclesiastico.*

Q. I. **Q**uenam ad illud requiruntur?

Resp. I. **Q**uia I. Abstinencia à carnibus, atque etiam ab ovis, & lacticiis; nam hæc sunt

B 4

sunt

sunt etiam prohibita jure communi, eò quòd ex carne originem ducant, & multum nutriant, can. 6. dist. 4. ex S. Gregor. ibi: *Par est, ut quibus diebus a carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, jejunemus: à lacte videlicet, caseo, & ovis.* Hinc Alex. VII. damnavit hanc propos. *Non est evidens, quòd consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.* Verùm hac in re spectanda est cujusque regionis legitima consuetudo, nam quibusdam in locis esus ovorum, & lacticiniorum omnibus jejuniorum diebus prohibetur, in plerisque verò solum in Quadragesima: imò dicunt in quibusdam, ut in Germania ne in Quadragesima quidem. S. Thom. 2. 2. q. 147. a. 8. ad 3. ait: *In jejunio quadragesimali interdiciuntur universaliter etiam ova, & lacticia. Circa quorum abstinentiam in aliis jejuniis diversæ consuetudines existunt apud diversos, quas quisque observare debet secundum morem eorum, inter quos conversatur.*

2. Abstinentia à pluribus refectionibus, ita ut intra spatium diei naturalis non nisi semel corpus reficiatur. Sic enim Ecclesia vult per jejunium corpus castigari, & concupiscentiam coerceri, ut tamen natura ipsa non notabiliter lædatur: multum autem læderetur, si una relectio non permitteretur; & corpus non castigaretur, nec concupiscentia satis coerceretur, si permitterentur duæ. Hæc relectio debet

bet

bet esse continua, alioqui non esset una, sed  
reperita. Si quis tamen ob urgentis negotii  
causam ab illa nondum sufficienter sumpta  
discedat, potest confecto negotio ad eam re-  
dire, eamque perficere; quia spectatis cir-  
cumstantiis, & ex intentione censeretur unica  
moraliter refectio. Secus, si satis refectus ab  
ea discesserit. Non licet autem diu protrahe-  
re prandium, nam hoc esset æquivalenter du-  
plicem refectioem sumere: idem enim est  
in ordine ad nutriendum corpus, sumere no-  
vam, aut diu continuare eandem refectioem,  
quæ re ipsa erit moraliter, & virtualiter multi-  
plex. Nec refert, quòd non semper edatur,  
sed fiat combulatio, nam interea concoquit  
stomachus cibos sumptos, qui sufficiebant pro  
integrarefectioem, & alii substituuntur.

Hinc qui die jejunii mane comedit etiam in-  
culpate, puta ex inadvertentia, tenetur eo die  
abstinere ab alia refectioem, si potest sine gravi  
incommodo; quia jejunium adhuc quoad  
unicam refectioem servare potest, *Lessius*.

3. Certum tempus refectioem, quod nunc  
ex recepta consuetudine est circa meridiem,  
ita ut non liceat sine justa causa hanc horam  
anticipare, ut constat ex sensu, & praxi Eccle-  
siae. Potest tamen pro arbitrio differri refe-  
ctio usque ad horam tertiam pomeridia-  
nam, vel solis occasum, ante quod tempus  
olim vetita erat, saltem in Quadragesima.